

Alte Drucke

**DE VITA IV||VENTVTIS INSTI=||TVENDA, MORIBVS-||QVE AC
STVDIIS || CORRIGEN-||DIS, || Opuscula diuersorum
autorum perquam || erudita, quæ uersa pagina ...**

Gryphius, Sebastianus

Lugduni, 1541

CHRISTOPHORVS HEGENDORPHInus, cum primis & nobili & studioso iuueni
Matthiae de Dreuitsch S. D.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150956

CHRISTO-

PHORVS HEGENDORPHI-

nus, cum primis & nobili & studioso

iuueni Matthia de Dreutisch

S. D.



ULTIS iam annis Matthia Generosissime, expertus sum, quā laboriosum, quā molestum sit iuuentutis mores recte fingere, iuuentutem ad quantulamcūq; tandem eruditionis frugē perducere.

Ceterum non unquam antehac mihi perinde res ista laboribus iuxta molestijs plena uisa est, atq; hoc tempore, quo praterquā quod iuuenes literas bonas perosi sunt, etiam moribus impurissimis, pariter & intractabilissimis præditi existunt. Etenim quando unquam iuuentus magis lusit in aleam? quando scortationibus, stupris, adulterijs, omnibus libidinum generibus fuit addictior? quando patrimonij profusior? quando famæ, rei omnium pretiosissimæ, magis prodiga? quando temporis rei irrecuperabilis minus curiosa extitit? Breuiter, quando in præceptores præfractor, contumeliosior, ingrator unquam? quando in Deum magis impia, magis blasphema in CHRISTVM unquā fuit? At mihi mecum reputanti, & animo uoluenti, quid nam isto seculo iuuentutem nostram corrumpat, perdat: hæc in mentem ueniunt. Primo omnium, parentum indulgen-

A 2 tia

P R A E F A T I O.

tia, qua, ut ille inquit, omnes deteriores reddimur: pua
 det me dicere, quae parentes hoc tempore liberis suis im-
 pudenter permittant facere. Ludere uolunt filij, sumptum
 eis parentes suggerunt: si filium cum scortis omnia pera-
 dere, profundere, certo resciscant parentes, dissimulant,
 conuiuent: & tantum non ueluti Melitensem caniculam
 in delitijs habent, studijs iuvene dignis occupari, clami-
 tant. Vbi totos dies perpotauit filiulus, domum reuer-
 sus, ne uerbulo quidem à parentibus obiurgatur. Execra-
 tio horrendis diris, tum suum ipsius, tum aliorum ca-
 put: adplauditur ei, tam à patre quam matre. Totū diem
 otio insumit charum illud caput, id parentibus minus
 curae est, quam si fulgur, ut in Prouerbio est, ex pelui
 reddatur. Si in Deum Opt. Max. patrem, probra iecerit
 charus filius, ad hoc parentes piscibus magis muti exi-
 stunt: si CHRISTI passionem conuiuijs incessat Pamphi-
 lus noster, parentes perinde ac in Iouem illum Ethni-
 corum Deum blasphemus fuisset, ne uerbulo quidem cum
 illo commutant. Quid hic commemorem? de uestibus Sy-
 bariticis, quibus parentes filios suos (nam de filiabus di-
 cere nihil ad me) non secus ac puppas exornant. Et in
 huius rei luxu filijs ad improbitatem & libidinem, mate-
 riam & ignem non paruum subdunt. Iam cum uix tan-
 dem à bonis uiris persuasi parentes, filium in Academicam
 quandam præceptoribus ad humanitatem informandum
 committunt, multis obtestationibus cum præceptoribus,
 uerbotenus agunt, ne filium omne quod sibi cunq; libi-
 tum est, facere concedat. Et si minus morigerus futurus
 sit uerberibus eum cadat, inhortantur. At cum præceptor

intra

P R A E F A T I O.

5

intractabilem illum Elephantem cicurandum ad se recepit, & aliquando uerberibus in eum animaduertit, atq; id parentes olfecerunt, mox aut ipsi adsunt, aut per suos ministros cum præceptoribus agi curant, se non mancipium eis domandum concedidisse, sed unicum rerum omnium suarum heredem: proinde si illum discipulum habere uelit, à uerberibus absteat. Id quod cum improbus ille Ctesiphon audit, hui quantum animum ad nulla non audenda sibi sumit. Itaq; ergo indies deterior euadit, dum in totum perditus, deploratior domum redeat, quam abiuerit. Atq; ut iam dixi, illa parentum indulgentia, unus est fons, ex quo hoc seculo corruptela & intractabilitas iuuentutis nostræ manant. Deinde, non parum iuuenes hoc tempore à quibusdam præceptoribus adeò peruiaces, adeò contumaces, adeò effrænes redduntur. Sunt enim in Academijs plerique, qui dum præceptorem aliquem pro suo officio, in discipulos nonnihil duos esse odorentur, illi discipulos adeuntes, Ecquid, clamitant, te tuo præceptori adeò obiurgandum, adeò uerberandum propinas? Ad me demigra, apud me omnia cum dicendi, tum faciendi licentia erit, modo mihi pecuniam numeres: dabitur tibi à me mutuo argentum, ut huc uel illuc comessatum eas. Tum non raro ad aures iuuenum occurrunt illud Terentij: Liberalitate & pudore liberos retinere satius est, quam metu. Cur igitur, dicunt isti, in tanto metu uiuere uis? Discipuli (ut omnes mala obuijs, quod aiunt, manibus arripimus) oblata sibi ad nequitiam tanta & tam ostentata occasione, quo iure quaq; iniuria relicto suo uetere præceptore, ad illum nouum morum cor-

A 3 rupto

ruptorem se conferunt. Ista sanè pestes rerum publicarum efficiunt, quod hodie bona pars illorum iuuenum qui in Academiis ad comparandum ingenij & morum cultum mittuntur, adeò præcipientes in quoduis flagitiorum genus ruant. Illos sanè impostores dicam, an corruptores iuuenum publicis Academiarum legibus multatos oportuit. Leges imperatoriae poenam statuerunt ijs, qui seruum alicuius corrumpunt. Merito igitur & poena adficiendi ij, qui adolefcètes auocantes ad se pertractos misere deprauant: nam quod homines impudentissimi clamitant, Liberalitate & pudore satius esse pueros retinere quàm metu: uerum quidem fateor. uerum nebulones illi, non considerant, non eodem ingenio adolefcèntes quoslibet præditos existere, proinde nec eadè ratione omnes tolli posse. Sunt qui suapte sponte, quæ optima sunt, faciant, in quos si quis uerberibus animaduocare uellet, non minus stulte ageret atq; auriga, qui equos citra calcaria ultro præcurrentes, calcaribus ad cursum incitare uelit. Sunt qui suapte quidem sponte cessatores sunt egregij: ceterum si à præceptoribus uerbis admo-
neantur, pudore suffusi, quoquo uolumus statim se inclinant, & hos uerbis magis corrigendos, quàm uerberibus ad honestatis studia impellendos existimo. Sunt uero iuuenes adeò frontis perfrictæ, ut nec pudore natiuo, nec à præceptoribus obiurgati, id quod suarum partium est, præsent. Sunt adeò duri, ut nullis uerbis molliri queant, quos si quis liberalitate & pudore in officio continere uelit, nihilo plus agat, quàm si agaxo asinum ad clitellas ferendas, extimulare conetur. In hoc ergo adolescentum
genus

genus uirgis animaduertendum est, & faciendum periculum, an metu tandem coacti, officium suū facere uelint: quod si actum esse uidebitur, rus, ut inquit Fabius, ablegadi sunt. Iam satis opinor liquet, quā toto, quod aut, cælo isti iuuenum corruptores errent, qui adolescentes quoslibet ex senis illius Terentiani sententiā instituēdos esse contendunt. Iam satis opinor constat, & istam impostorum turbam, non parum in causā esse, quod iuuentus hoc nostro seculo, adeo intolerabilis, adeo effrenata existat. Postremo, illud uel multo maxime iuuentutē nostram tam intractabilem, tam immorigeram reddit, quod præceptores eam, uel nūquam, uel admodum raro ex literis sacris, quæ unæ mores cum omnium hominum, tum maxime iuuenum fingunt, quæ aut Deo cordi, aut odio sint, quæ Deus a nobis postulet, quæ in proximū collocanda charitatis sint officia, admonent. Proinde iuuentus nostra cæca, omnia sibi licere putans, in omne uitiorum genus transuorsum agitur. At uero, cum hoc ultimū, uel multo maximum sit, ob quod iuuenes hoc nostro seculo, tam efferi sint, ego cum discipulos non parum multos instituendos, & habuerim & habeam, officij mei esse duxi, meis imprimis, deinde uero & alijs bonæ mentis iuuenibus, ut paruas, ita utiles & uiuēdi & mores corrigendi, paræneses perscribere: an uel aliquos tandem in officio continere possim: & an quosdam, qui ab officio suo discesserint, in uiam reducere quæ. Tradidi uero, ut & id iudicem, præcepta & pietatis & ciuilitatis. Pietatis quidem, dum quid iuuentus Deo debeat, quæ Deo arrideant, quæ Deo displiceant, ostendo. Pietatis inquam præcepta

PRAEFATIO.

trado, dum quæ iuuenis uitia fugere, & pietati aduersa
sint scelera, quæ in proximum impendenda sint charita-
tis studia, & pietati cum primis amica sint officia, com-
monstro. Ciuitatis uero paræneses obiter aspersi, in
quibus quæ cura sit corporis suscipienda, quid inter
prandendum, quid inter cœnandum iuuenem deceat, do-
ceo, dum quid in alijs rerum functionibus dextrè obeun-
dis iuueni conueniat præscribo. Enimvero, cum tu mi
Matthia, is iuuenis sis, qui & uitæ integritate, & mo-
rum candore facile alijs ad recte uiuendū, & mores for-
mandos, uiuum exemplum esse possis, & cum adeò lucu-
lenter, quæ in hoc libello præcipiuntur amplexeris, quæ
uetantur fugias, non male congruiturum ratus sum, si
hoc quicquid est libelli de moribus iuuentutis corrigèn-
dis conscripti, sub tui nominis auspicio in publicum emit-
terem. Quòd si forsitan libellus ille humilior uidebitur,
quàm qui tibi iuueni adeò & stemmatis & uirtutibus
claro dedicetur, cogitabis, amantes non tam munera,
quàm animum illius qui largitur, spectare solere. At cum
tū non minus amore mei flagres, atq; ego tui fla-
gro, hoc munusculum re ipsa quidem par-
uum, at si animum consideres, maxi-
mum boni æquiq; haud dubie fe-
ceris. Vale, Lipsiæ.

Anno M. D.

XXIX.

De insti